

No. 3. *Pidonia bicolor* Heyden n. sp. — *Elongata; nigra, capite thorace, macula subtus humerali, trochanteribus, genubus, tarsorum articulo ultimo unguisculisque, antennarum articulo secundo sanguineis. Oculis nigris, emarginatis. Fronte parumpunctata, temporis conspicuis, laevibus, longe nigro-pilosis, capite post tempora strangulato, fortiter transversim canaliculato, parte strangulata fortiter dense punctata. Thorace antice fortissime strangulato, lateribus in medio obtuse sed fortiter tuberculato, deinde ad marginem posticum dilatato, ante basin constricto et transversim impresso, margine postico bisinuato, angulis posticis rotundatis retro spectantibus, parte mediana supra gibbosa, fortiter dense punctata, flavo pilosa. Scutello triangulo flavo-sericeo. Elytris in humeris $3\frac{1}{2}$ mill. latis, 8 mill. longis, fortiter non dense aciculato punctatis, griseo tenuiter pilosis, inde opacis, apice truncatis, angulis obtusis. Antennis longis, gracilibus, $\frac{2}{3}$ corporis superantibus, nigris, articulo secundo minuto sanguineo, tertio magnitudine primi et quarto perparum longiore. Pedibus nigris; trochanteribus, tarsorum articulo ultimo bilobo, genubus, unguiculis flavo-sanguineis. Corpore subtus obscure rufo, griseo sericeo. — Long. 11 mill. — Suyfun. — Exemplar unicum in collect. von Heyden. — Ob magnitudinem et colorem ab omnibus speciebus cognitis diversa.*

No. 4. *Leptura rubra* L. var. ♂ *muliebris* Heyden. — *Variatio maris toto ut in typo sed elytris thoraceque rubris ut in femina typica, loco thorace nigro, elytris ochraceis.*

Duo exemplaria collect. von Heyden. (Staudinger No. 383.)

No. 5. *Menesia sulphurata* Gebl. var. *flavotecta* Heyd. — *M. sulphuratae typo (in utroque elytro punctis quatuor seriatim sulphureis) similis sed diversa corpore fere toto supra colore sulphureo oblecto.*

Capite toto sulphureo, ante antennis denudato. Thorace supra sulphureo, maculis duabus discoidalibus antice angustissimis denudatis. Elytris sulphureis maculis 1. 2. in utroque elytro toto confluentibus, quo pars dimidia tota sulphurea; maculis 3. 4. ad suturam late conjunctis, ita ut fasciae duae denudatae appareant, una post medium, altera ante apicem; denudationibus omnibus pilis sulphureis subobtectis; elytrorum lateribus totis denudatis. Subtus ut in typo. — Antennis, articulis 1. 2. basalibus nigris exceptis, pedibusque pallidis. — Long. 9 mill. (typus 8 mill.).

Exemplar unicum cum typo a Dom. Koltze datum.

No. 6. *Menesia albifrons* Heyden n. sp. — *Nigro-ferrea, albido hirsuta. Labro nigerrimo. Capite usque ad oculos cretaceo-*

albo densissime squamoso. Antennis, corporem superantibus, nigris. Thorace nigro, margine postico, strigis tribus basalibus brevibus scutelloque griseo-albis. Elytris angustis nigro-ferreis, griseo pubescentibus, fortiter laxè punctatis. Pedibus totis flavo-pallidis, albido hirsutis. Corpore subtus albido hirsuto, episternis omnibus, abdominis segmentibus lateraliter densissime cretaceis, medio corporis minus dense albido tomentoso. — Long. 7 mill.; lat. in humeris $1\frac{1}{2}$ mill. — Exemplar unicum in collect. von Heyden. (Staudinger No. 366.)

Zur Turkestan-Fauna.

Labidostomis decipiens Fald. var. *lineola* Redtb. mit fast verschwindendem Fleck. Neu für Sibirien.

Agelastica alni L. und *Gynandrophthalma viridis* Krtz., alle von Namagan.

Coccinella redimita Weise (Stettin. E. Z. 1885, p. 234) von Alai.

Chrysomela brevilata Heyd. n. sp. — *Ex affinitate Ch. marginatae, plus etiam undulatae* Gebl., *sed multo brevior, latior, lucida.*

Supra obscure olivacea, viridi perparum subtineta; subtus pedibusque obscure piceis; tarsi, antennis magis rufis, articulis 1. 2. totis, 3 apice subtus dilutis. Capite laxè fortiter punctato, fortius quam in Ch. indulatae, fundo ut in thorace minus evidenter aciculato. Thorace lato, gibboso, angulis anticis acute rotundato productis, lateribus rectis, angulis posticis rectis apice rotundatis, basi una curvatura ad scutellum valde producta; lateribus non incrassatis, in angulis anticis punctis magnis 8—9, in posticis circiter 6, omnibus magis ad discum remotis, superficie ut in thorace disperse punctato, margine postico dense crenulato punctato.

Elytris lateribus ampliatis (ut in Cyrtono rotundato, cui forma similis) $4\frac{1}{2}$ mill. longis (thorace 2 mill. longo), basi in medio immarginata, humeris marginatis, rotundatis, margine elevato usque ad apicem producto; stria praescutellari punctis 8—9, stria suturali striisque octo, bini approximatis, minime impressis, stria suturali excepta postice canaliculata. Punctis omnibus magnis profundis, usque ad apicem distinctis, interstitiis alutaceis, punctis singulis minutis, passim seriatim.

Tibiis intus et extus fortiter dense fulvo-pilosis, ceterum ut in femoribus pilis parvis fulvis. Tarsis rufis, articulo secundo includentibus minore. — Long. 6 mill. — Exemplar unicum collectionis von Heyden, a Dom. J. Weise visum e Namagam Turkestaniae.

Dr. L. von Heyden.